

mae apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 30. Julii 1642. Pontificatus nostri Anno Decimonono.

Confirmatio predictarum Litterarum.

§. 12. Cum autem, sicut accepimus, in praefatis Indiarum partibus ob ingentes distantiam, & quae inter ipsos Fratres Discalceatos cum Observantibus ejusdem Ordinis intercedit contractionem, expediat, ut litterae Apostolicae, quae eo perveniunt maxime clarae sint, clausulasque contineant efficaces, earumdemque litterarum executio venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis illarum partium, in quibus nullus Sedis Apostolicae Nuncius existit, committatur. Idcirco Nos pro nostra pastoralis sollicitudine in praemissis opportune, ut infra, providere volentes, motu, scientia, ac deliberatione paribus de qua apostolicae potestatis plenitudine, praesertim nostras litteras cum omnibus in eis contentis tenore praesentium confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Et insuper quod dicti Ordinis Fratres Discalceati hujusmodi, qui absentibus eorum Ministris Generalibus, supra dictas Provincias, & Custodias Indiarum praesentes, & futuras regere, & visitare debent, earumdem Provinciarum, & Custodiarum Indiarum, aut Hispaniarum ex Discalceatis hujusmodi filii esse, & in illis habitum per eosdem Discalceatos gestari solitum suscipere, & professionem, per eos emitti consuetam expresse emisisse debeant, quodque nullus ex dicti Ordinis Observantibus, praeter illum Ministrum Generalem pro tempore existentem, aut qui alias de Observantia fuerit, etiam si inter eosdem fratres Discalceatos regere, nec visitare, nec in eos ullum superioritatis actum quoquomodo exercere queat: In eventum vero, in quem Ministri Generales praemissis, aut illorum cuilibet contravenirent, praefatae Provinciae, & Custodiae eorumdem Fratrum Discalceatorum Indiarum hujusmodi, juxta quasdam alias nostras in simili forma Brevis die 8. Aprilis proxime praeteriti ad hunc effectum pro Provinciis eorumdem Fratrum Discalceatorum Hispaniarum concessas, & emanatas vivere, & gubernare possint.

Communicatio hujusmodi Privilegiorum.

§. 13. Ac demum, quod dictae Provinciae, & Custodiae eorumdem Discalceatorum Indiarum, praesentes, & futurae quarumvis litterarum, privilegiorum, & gratiarum a Sede Apostolica Provinciis Fratrum Discalceatorum Hispaniarum, videlicet S. Josephi, S. Pauli, & S. Joannis Baptista concessorum, & concedendorum participes sint, statuimus, & ordinamus.

Clausula.

§. 14. Decernentes praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quoquam defectu nullatenus umquam notari, impugnari, redargui, infringi, retractari, in jus, vel controversiam adduci, vel revo-

cari posse; sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Sedisque praedictae Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Executorum deputato.

§. 15. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis in eisdem Indiarum partibus constitutis, sive dilectis filiis eorum in spiritualibus Vicariis, & Officialibus per easdem praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, ubi, & quando opus fuerit, aut quoties pro parte eorumdem Fratrum Discalceatorum Provinciarum, & Custodiarum Indiarum hujusmodi fuerint requisiti, seu aliqui eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra praesertim, & praesentes nostras Litteras hujusmodi debite, & omnimodae executioni demandari. Non permittentes eos, contra earumdem praesertim, & praesentium Litterarum tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari. Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quae in eisdem praesertim litteris volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis danda fides.

§. 16. Volumus autem, ut praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum die 22. Decemb. 1642. An. XX.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die vigesima secunda Decembris 1642. Pontificatus nostri Anno Vigesimo.

Con-

DCCXXXII.

Ex Regest. in Secret. Breve.

Confirmatio Decreti Congregationis Concilii, quod Episcopus Saonen, non possit impediri a Visitatione Hospitalis Beatae Mariae de Misericordia Civitatis Saonen.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Causa vertente inter Episcopum, & Administratores Hospitalis de Misericordia.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit Venerabilis Frater modernus Episcopus Saonen, quod in causa inter ipsum ex una, necnon inter dilectos filios Communitatem, & Homines, ac Administratores Hospitalis B. Mariae de Misericordia nuncupati Civitatis Saonen, partibus ex altera, super visitatione dicti Hospitalis vertente dubio, jussu nostro proposito a Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus Concilii Tridentini Interpretibus emanavit decretum tenoris subsequenti videlicet.

S. Cong. Conc. decrevit: Episcopi non possit impediri ab illius visitatione.

§. 2. Die 6. Decembris 1632. S. Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini interpretum partibus auditis, ore, & scriptis, ac rationibus hinc inde deductis reiterate, & mature perpensis unanimi voto censuit Episcopum non posse impediri a Visitatione dicti Hospitalis Beatae Mariae de Misericordia, nec ab assistentia in revisione rationis reddendae administrationis, & reddituum ejusdem Hospitalis.

Card. Pamphilius.

Loco T. Sigilli.

Franciscus Paulinus S. Congregationis Concilii Secret.

Quod Decretum Episcopus petit confirmari.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat idem Episcopus decretum hujusmodi, quo firmius subsistat apostolice nostrae confirmationis patrocinio communitari summo opere desideret.

Confirmatur.

§. 4. Nos eundem Episcopum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus illius nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, decretum praesertim apostolica auctoritate, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint supplemus.

Clausula.

§. 4. Decernentes praesentes litteras validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis, quos illae concernunt inviolabiliter ob-

servari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Archiepiscopus Januensis executor deputatus.

§. 5. Quocirca Venerabili Fratri Episcopo Januensi praesentes committimus, & mandamus, quatenus ipse per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte ejusdem, & pro tempore existentis Episcopi Saonen fuerit requisitus solemniter publicans, illique in praemissis efficacis defensionis praesidio assistens faciat auctoritate nostra praesertim, & praesentium nostras litteras debite, & omnimodae executioni demandari, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit observari; Contradictores quoslibet, & rebelles per sententias, censuras, & poenas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Contraria tolluntur.

§. 6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Civitatis, & Hospitalis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die 2. Jan. 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

Datum die 1. Januarii 1643. An. XX.

DCCXXXIII.

Indultum Alumnis Collegii Scotorum Parisiis suscipiendi Sacros Ordines absque Litteris dimissorialibus, et titulo.

Ex Regest. in Secret. Breve.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. UT Alumni Collegii Scoti in Civitate Parisien. canonice erecti, eo ad litterarum studia prosequenda, specialibusque suae patriae necessitatibus succurrendum alacriores sint, quo ampliores ab hac Sancta Sede gratias, & favores receperint, illorum, necnon dilecti filii Rectoris Collegii hujusmodi supplicationibus Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E.

Indultum, de quo in Rubr.

S. R. E. Cardinalium negotiis Propaganda Fidei prapostorum consilio eisdem Alumnis, ut eo temporis spatio, quo in Collegio predicto sese continuerint, & Superiorum iudicio in studiis profecerint ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordines, etiam sine Literis dimissorialibus, nisi habeant Episcopos proprios, a quibus ille obtineri poterint, cum ad Collegium dirigerentur, & sine beneficii ecclesiastici, aut patrimonii titulo, ac etiam extra legitimum ordinationum tempora, dummodo tamen aliis ad id reperiantur idonei, promoveri possint, & valeant, apostolica auctoritate, tenore presentium concedimus.

Indulgentia Alumnis annuatis temporibus propoita.

§.2. Necnon de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate consili omnibus, & singulis Scholaribus, qui in dictum Collegium recepti fuerint, in ipso ingressu, ac deinde in exitu, siquidem confessi, & contriti Sacram Communionem devote receperint, atque etiam in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum remissionem elargimur.

Contrarium derogatio.

§.3. Non obstantibus Apostolicis, ac in Conciliis universalibus provincialibusque, & synodalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 11. Januarii 1643. An. XX.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 11. Januar. 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

DCCXXXIV.

Privilegia concessa Universitati, & personis Mercatorum Fundaci, & Mercantiae Urbis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

Sincerae devotionis affectus, quem dilecti filii Universitas, & Homines Artis Mercatorum de Fundaco, & Mercantia nuncupata hujus Almae Urbis nostrae erga Nos, & Apostolicam Sedem gerere comprobantur, Nos inducit, ut eorum indevotitati libenter consulamus.

Creduntur lib. Merc. sine adu. quibusvisque ad se. 50. mon. nonra omnes personas.

§.1. Volentes igitur Universitatem, & Homines hujusmodi specialibus favoribus, & gratis profecui, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine, Nobis super hoc humiliter porrectis incli-

nati, eisdem Universitati, & Hominibus, & eorum singulis, ut ipsorum Codicibus, & Libris rationum de mercibus, & rebus ad Artem Mercatorum hujusmodi spectantibus usque ad summam quinquaginta scutorum monetae Romanae dumtaxat contra quamlibet personam, omnibus partibus ejusdem rationis simul computatis, ubique in iudicio, & extra iudicium plene credatur, & indubia fides adhibeatur, etiam sine adminiculis, dummodo dicti libri mercantiles, & mercantiler, mercatorumque more, & ordine scripti, confecti, & retenti sint, rationabile suspicione careant, ac ipsi mercatores scribentes sint bonae fidei, & a Consulibus dictae Universitatis approbati.

Præferuntur Mercatores pro se. 50. mon. post Piftores, & Aromatarios omnibus aliis etiam habent obligat. Camera l. m. & ex causa do. 12.

§.2. Præterea, quod dicti Mercatores, ac eorum heredes, & successores pro pretio mercium, & rerum ad eandem Artem spectantium post Piftores, & Aromatarios ejusdem Urbis omnibus, & singulis aliis cujusvis defuncti, quamvis potioribus, & anterioribus creditoribus, etiam quavis obligatione, etiam Camerales, & publica Instrumenta jurata, & quavis hypotheca vallata, etiam causa dotis, & quavis aliis clausulas, seu cautelas in se continentes habentibus usque ad similem summam quinquaginta scutorum hujusmodi tantum præferantur, & præferri debeant dummodo, quoad dotes probetur versio in utilitatem viri, & uxoris, ac filiorum in communiione viventium.

Appellatio suspensiva datur in causis Mercatorum solum pro summa pro qua permittatur appellare in causis Pistorum, & Aromatiorum Urbis.

§.3. Demum, quod in causis Mercatorum hujusmodi contra quoscumque motis, & movendis de mercibus, & rebus ad Artem prædictam spectantibus non sit locus appellationi suspensiva pro ea summa pecuniarum dumtaxat, pro qua in causis Aromatiorum, & Pistorum prædictorum, vigore Indultorum Apostolicorum eis concessorum non datur pariter appellatio suspensiva, auctoritate apostolica, tenore presentium concedimus, & indulgemus.

Decretum irritans.

§.4. Decernentes presentes literas nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel alio quovis defectu notari, vel impugnari, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodvis juris, & facti, vel gratiae remedium impetrari posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dictis Mercatoribus plenissime suffragari, sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici, ac Curiae Camerae Apostolicæ Generales Auditores, & quosvis alios quacumque auctoritate fungentes nunc, & pro tempore existentes judicari, & definiti debere, irritumque, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Contrariis derogat.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Or-

& Ordinationibus Apostolicis, legibus quoque etiam Imperialibus, ac prædictæ Artis, etiam juramento, confirmatione apost., vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum die 12. Januarii 1643. An. XX.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 12. Januarii 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

DCCXXXV.

Indulgentia perpetua in Ecclesiis Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci pro Fesio Portiuncula.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad perpetuam rei memoriam.

In Literis Apostolicis Indulgentia Pontificis non nominantur Ecclesie Tertii Ordinis.

§.1. CUM, sicut dilectus filius Joannes de Solis Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci Provinciae Andalusitæ, & Regni Granatenfis in Hispania Procurator Generalis suo, & eorumdem Fratrum nominibus Nobis nuper exponi fecit, alias fel. record. Pius Papa V. Prædecessor noster per quasdam suas literas incipientes: *Ea est officii nostri ratio*, Fratribus Tertii Ordinis ejusdem Sancti Francisci, eorumque Ecclesiis omnia, & singula privilegia, dispensationes, Indulgentias, & Indulta Apostolica dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum, & eorum Ecclesiis concessa, & concedenda, multique alii, & præsertim Paulus V. & Gregorius XV. Rom. Pontifices etiam Prædecessores nostri omnibus, & singulis utriusque sexus Christianidelibus vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, qui prædictas eorumdem Fratrum Minorum Ecclesias die secunda Augusti a primis Vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces effudissent, plenariam omnium suorum peccatorum Indulgentiam, & remissionem perpetuo duraturam misericorditer in Domino respective concesserint. Quia vero dicta plenaria Indulgentia perpetua nominatim, & expresse Fratribus dicti Tertii Ordinis per literas eorumdem Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum concessa non reperitur, Christianideles ad eorumdem Tertiiorum Ecclesias die præfata non confluent.

Procuratio Gen. pieces.

§.2. Nobis propterea per eundem Joan-

nem Procuratorem Generalem hujusmodi dictis nominibus supplicatum fuit, ut in præmissis opportune, ut infra, providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur eundem Joannem Procuratorem Generalem hujusmodi specialibus favoribus, & gratis profecui volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati;

Concedit, ut in Rubr.

§.3. Quod omnes, & singuli utriusque sexus Christianideles vere poenitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, qui Ecclesias Fratrum Tertiiorum hujusmodi ubilibet existentes dicta secunda die Augusti a primis Vesperis usque ad occasum Solis ejusdem diei visitaverint, & ibi oraverint, ut præfertur, pariformiter, & absque ulla prorsus differentia eandem plenariam peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem consequantur, perinde, ac si præmissa in Ecclesiis prædictorum Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia peragerent, apostolica auctoritate tenore presentium declaramus, concedimus, & indulgemus.

Derogat contrariis.

§.4. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ dicti Romani Pontifices Prædecessores voluerunt non obtinere, ac quatenus opus sit, regula nostra de non concedendis Indulgentiis ad instar, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumpta credi mandata.

§.5. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus adhibeantur fides, quæ adhiberetur presentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum die 13. Januarii 1643. An. XX.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 13. Januar. 1643. Pontificatus Nostri Anno XX.

DCCXXXVI.

Erectio Provinciae Reformatae Sancti Vigili Fratrum Minorum Sancti Francisci Strictioris Observantiae.

De erectione Custodiarum Reform. in Provincias vide in Const. CL. Tom. V. Par. V. fol. 361. Sacrosanctum, & in Const. 612. Injuncti Nobis. Supr. fol. 193.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

**P**astoralis officii Nobis divinitus injuncti assidua sollicitudo nos admonet, ut omni cura, & vigilantia ad ea semper intendamus, per quae regularium personarum, quae relicto seculo, Dei obsequio se sub aeternae disciplinae norma dedicaverunt, statui consilium, ut secundum Ordinum suorum Regularia instituta gratum Altissimi impendentes famulatum, felicioribus in dies in via Domini proficiant incrementis.

§.1. Cum itaque, sicut exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Commissarius Generalis Fratrum Minorum Ordinis Sancti Francisci de Observantia, & Reformatorum nuncupatorum, e re Ordinis hujusmodi apprimere futurum sit, si S. Bernardini Tridentini, ac S. Antonii de Cles, necnon Sanctae Mariae Gratiarum nuncupatae de Arco, ac S. Rocchi de Rovereto, & Sancti Francisci de Burgo, necnon ejusdem Sancti Francisci de Pergine Terrarum, seu Locorum Tridentinae, & Feltrinae respective Diocesis, Domus Regulares, seu Conventus Fratrum Reformatorum Ordinis hujusmodi a Provincia Veneta, aliis Sancti Antonii, ejusdem Ordinis, sub qua existunt, omnino separentur, dismembrantur, ac ex illis nova Provincia sub titulo Sancti Vigili erigatur, & instituat, nedum quia Fratres domorum Regularium seu Conventuum hujusmodi sunt nationis diversae ab aliis Provinciae Venetae praedictae Fratribus, sed etiam ob linguarum varietatem, Commissariarumque Ordinis hujusmodi in Germania pro tempore mittendorum commoditatem, qui ad munus Commissarii hujusmodi eo aptiores erunt, quo magis idiomate, ac moribus italis imbuti fuerint, prout sunt Tridentini, tum etiam, quia major erit numerus illorum, qui habitum regularem suscipient, quando propriam in illis partibus Provinciam habuerint, magno cum animarum Christianidelium Germaniae fructu, & consolatione.

§.2. Nobis propterea dictus Commissarius Generalis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur, qui cultum Divinum, & Regularem Disciplinam nostris temporibus ubique augeri sinceris desideramus affectibus, piis dicti Commissarii Generalis votis hujus-

modi, quantum cum Domino possumus, annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, domos Regulares, seu Conventus supradictas, & supradictos a dicta Provincia Veneta, seu S. Antonii ejusdem Ordinis, sub qua haecenus, ut praefertur, extiterunt, omnino dismembramus, & separamus, ac Domos Regulares, seu Conventus hujusmodi sic dismembratos, seu separatos in novam Provinciam S. Vigili nuncupandam cum omnibus, & singulis praeminentiis, prerogativis, indultis, privilegiis, & gratiis, quibus alii Fratrum Reformatorum ejusdem Ordinis Provinciae frui, & gaudere solent, ac possunt, & debent apostolica auctoritate tenore praesentium erigimus, & instituiimus.

§.3. Decernentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Fratibus praedictis plenissime suffragari: Sicque per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, irritumque, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinibus, & Provinciae Venetae, seu S. Antonii hujusmodi, etiam juramento confirmatione, apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis eidem Provinciae Venetae, seu S. Antonii, ejusque Ministro Provinciali, & quibusvis aliis Superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata, exprimerentur, & infererentur, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad effectum praemissorum specialiter, & expresse derogamus, caterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 18. Januarii 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

Datum die 18. Januarii 1643. An. XX.

Ere-

Ripognium

Moriva sepata

Erigit in Provinciam prout in Rubrica.

DCCXXXVII.

Erectio Monasterii Monialium SS. Quatuor Coronatorum de Urbe pro puellis Orphanis ibi educandis.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

**I**n specula militantis Ecclesiae per abundantiam Divinae gratiae constituti inter ceteras apostolicae servitutis curas eam peculiari studio amplectimur, per quam Monasteria devoti feminei sexus ad majorem Dei gloriam ubique, praesertim vero hac in alma Urbe nostra, a qua velut fonte in ceteras orbis Christiani partes bonorum operum exempla dimanant propagari, in illaque Puella, quae sub clausura, & observantiae regularis disciplina, virginitatem suam Deo consecravit, illisque perpetuo impendere desiderant famulatum, recipi valeant, ac desuper pastoralis officii nostri partes libenter interponimus, prout rerum, & personarum qualitatibus debite pensatis conspiciamus, in Domino salubriter expedire.

§.1. Sane pro parte dilecti filii nostri Antonii Sanctae Mariae in Via Lata Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati S. R. E. Camerarii nostri secundum Carnem ex Fratre Germano Nepotis, ac Archiconfraternitatis Orphanorum de Urbe praedictae apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris, necnon dilectorum officialium dictae Archiconfraternitatis Nobis nuper, ex postulo fuit, quod in Monasterio Monialium Sanctorum Quatuor Coronatorum de eadem Urbe Ordinis Sancti Augustini una Priorissa, & viginti quatuor Moniales expresse professae existant, quae Puellas Orphanas instruant, inter quas plures spretis mundi vanitatibus, Altissimi obsequiis, sub suavi Religionis jugo sese mancipare in eodem Monasterio desiderant; Verum desiderii sui hujusmodi compotes effici nequeant, quia numerus monialium dicti Monasterii augeri non potest.

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, pro construendo alio ejusdem Ordinis Monasterio Puellis Orphanis praedictis quondam Bartholus Venturonis, quatuor millia, & quingenta scuta legaverit, & dilecta in Christo filia Dorothea Bonfiola Romana summam aliorum decem millium scutorum donaverit, aliaque legata pia eisdem Puellis Orphanis, seu d. Sanctorum Quatuor Coronatorum Monasterio, & Archiconfraternitati praedictae relicta fuerint, & propterea, tam Antonius Cardinalis, quam Officiales dictae Archiconfraternitatis, ac ipsa Dorothea unum Monasterium Monialium ejusdem Ordinis pro recipiendis in illud Puellis Orphanis in primodicto Monasterio educatis, & non aliis, praeterquam duabus per dictam Dorotheam nominandis in certis aedibus in platea de Petra nuncupata

Regeff. in Secret. Brevi

Procurium

Monialium desiderium orphanas puellas educandi. postea ad professionem admittendas.

Administratores Archiconfraternit. Orphanorum peccati erigunt Monasterium pro hujusmodi puellis

Urbs praedicta ad Archiconfraternitatem hujusmodi spectantibus ex nunc, prout postquam ad usum Monasterii redacta fuerint, per Nos ad instar dicti Monasterii Sanctorum Quatuor Coronatorum erigi summopere cupiant.

§.3. Nos piis eorum votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, annuere, ac Officialium, & Dorotheae praedictorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorundem Antonii Cardinalis, ac Officialium, & Dorotheae nominibus desuper Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de nonnullorum Romanae Curiae Praelatorum desuper a Nobis deputatorum consilio in aedibus praedictis ex nunc, prout ex tunc, & e contra postquam ad formam Monasterii redacta, debitae, & convenienti clausura munita, ac sacra, & prophana suppellectile luculenter instructa fuerint, unum Monialium dicti Ordinis sub invocatione Sanctae Mariae de Orphanis Monasterium cum Ecclesia, Campanili, Campanis, Coemeterio, Claustro, Refectorio, Dormitorio, Cellis, Hortis, Hortaliis, ceterisque Officiis, membris, & commoditatibus necessariis, & opportunis pro perpetuis, usu, & habitatione unius Priorissae, quae triennis esse debeat, & ad triennium tantum juxta Sacri Concilii dispositionem duret, ac duodecim, aliarum Monialium ex praedictis Puellis Orphanis in primodicto Monasterio pro tempore educatis dumtaxat, exceptis duabus per dictam Dorotheam, ut praefertur, nominandis semper, et perpetuo assumendarum, et recipiendarum, quae omnes habitum per Moniales praedicti Monasterii Sanctorum Quatuor Coronatorum dicti Ordinis Sancti Augustini gestari solitum suscipere, et anno probationis elapso professionem per easdem emitti consuetam, expresse emittente, perpetuamque clausuram, necnon ritus, mores, consuetudines, ac regularia instituta primodicti Monasterii, et Ordinis hujusmodi servare, et sub regulari habitu praedicto perpetuo Altissimo famulatum exhibere, divinisque laudibus insistere debeant, et aliis in omnibus, et per omnia, ad instar primodicti Monasterii Sanctorum Quatuor Coronatorum, et aliorum Ordinis praedicti Monialium Monasteriorum perpetuo, sine tamen alicujus praedicti, auctoritate nostra apostolica, tenore praesentium, erigimus, et instituiimus.

§.4. Illique sic erecto, et instituto pro ejus dote, ac Priorissae, et duodecim Monialium hujusmodi sustentatione, onerumque eis incumbentium supportatione pecunias, ut praefertur, legatas, et donatas respec-

Erigit Pont. pro 12 ex hujusmodi puellis

Dotem assignat

Z z

Etive

Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

stive in bonis stabilibus, vel locis montium Cameralium Urbis non vacabilibus ad favorem, et commodum ejusdem Monasterii investendas, necnon omnia, et singula tam mobilia, quam immobilia bona, jura, census, et montium loca, redditus, obventiones, et emolumenta quocumque in perpetuum, vel ad tempus, ac simul, vel successively eidem Monasterio sic erecto, et instituto, illiusque Priorisse, & Monialium pro tempore existentium, seu alicujus earum intuitu per viam testamenti, codicillorum, donationis inter vivos, et causa mortis, vel cujusvis alterius dispositionis, ac etiam in elemosynam donanda, assignanda, relinquenda, et acquirenda ex nunc, prout ex tunc, et contra postquam assignata, donata, relicta, et acquisita fuerint, ita quod liceat Priorisse, et Monialibus Monasterii hujusmodi pro tempore existentibus, seu administratoribus infra deputatis illarum, et ejusdem Monasterii nomine corporalem, realem, et actualem illorum omnium possessionem per se, vel alium, seu alios nomine ejusdem Monasterii per presentes erecti propria auctoritate libere apprehendere, et perpetuo retinere, fructus quoque, jura, obventiones, et emolumenta ex eis provenientia, necnon obventiones, et elemosynas eidem Monasterio, illiusque futuris Priorisse, & Monialibus, pro tempore largitas percipere, colligere, & levare, recipere, recuperare, arrendare, locare, ac juxta regularia earum instituta administrare, in suisque communes, & Monasterii hujusmodi, illiusque Ecclesie, & Sacrificii usus, utilitatem, & necessitates convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, etiam perpetuo applicamus, & appropriamus.

Privilegia ex. p. nonneque can. edit.

§.5. Insuper eidem Monasterio per presentes erecto, illiusque Priorisse, & Monialibus, necnon Officialibus, & Ministris earumque bonis, & rebus, ut omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, favoribus, concessionibus, indulgentiis, ceterisque, gratis, tam spiritualibus, quam temporalibus quibusvis Monasteriis dicti Ordinis S. Augustini, illarumque Priorissis, Monialibus, Officialibus, & Ministris, rebus, & bonis in genere, vel in specie, etiam per viam simplicis communicationis, & alias quomodolibet nunc, & pro tempore concessis, ac quibus illa, & illa de jure, usu, consuetudine, privilegio, vel alias quomodolibet utuntur, fruuntur, possunt, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo tamen sint in usu, ac non revocata, nec sub aliquibus revocationibus comprehensa, neque Sacris Canonibus, aut Concilii Tridentini decretis, ac regularibus dicti Ordinis institutis repugnent, similiter uti, frui, potiri, & gaudere libere, & licite valeant, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & aequo principaliter absque ulla prorsus differen-

tia in omnibus, & per omnia perinde, ac si illa Monasterio sic erecto, illiusque Priorisse, & Monialibus hujusmodi specialiter, & expresse concessa essent, indulgemus;

§.6. Necnon Priorisse, & Monialibus predictis, ut Statuta, Ordinationes, Capitula, & Decreta quacumque ad earum, & Monasterii hujusmodi, illiusque personarum, rerum, & bonorum temporalium curam, regimen, gubernium, directionem administrationem, ac Monialium prefatarum receptionem, etatem, qualitates, vestitum, amictum, vestitum, instructiones, & disciplinam, modumque, & formam recitationis divinarum officiorum, precum orationum, & aliorum suffragiorum pertinentis, ac alias utilia, & necessaria, licita tamen, & honesta, sacrisque canonibus, & institutis regularibus Ordinis hujusmodi, Constitutionibusque Apostolicis, ac dicti Concilii decretis minime contraria, & a dicto Antonio Cardinale, & pro tempore existente Archiconfraternitatis predictae Protectore auctoritate apostolica deputato prius examinanda, & approbanda facere, edere, & quoties pro rerum, & temporum qualitatibus, ac alias expedire videbitur, de consensu tamen predicti Protectoris illa immutare, corrigere, moderare, & in melius reformare ahaque ex integro per Priorissam, & Moniales, aliasque personas predicti Monasterii per Nos, ut praefertur, erecti firmiter, & inviolabiliter sub penis in eis infligendis observanda, & implenda condere pariter possint, & valeant, concedimus.

Facultatem quoque penultima statuta concedi.

Monasterium a cuiuscomq. ordinariis iudicis jurisdictione eximit.

§.7. Propterea idem Monasterium, ac ejus Priorissam, Moniales, & personas quacumque, earumque bona praesentia, & futura cujuscumque qualitatibus, & quantitatibus, ac ubilibet existentia, ob omni jurisdictione, correctione, visitatione, dominio, superioritate, & potestate pro tempore existentis Urbis Vicarii, Gubernatoris, Senatoris, Conservatoris, necnon Causarum Curiae Camerae Apostolicae Generalis Auditoris Ordinariorum locorum, etiam tamquam Sedi Apostolicae delegatorum, eorumque Locatentium, Vicegerentium, Vicariorum, & Officialium, aliorumque quorumcumque iudicum ubilibet existentium, ac quavis, tam mundana, quam ecclesiastica auctoritate, & dignitate, etiam Cardinalatus honore fungentium, necnon Protectorum, ac Priorum Generalium, & Provincialium, Ministrorumque, & aliorum Praelatorum, & Superiorum, tam predicti S. Augustini, quam aliorum quorumvis ordinum in spiritualibus, & temporalibus, necnon a decimarum, & aliorum, quorumcumque onerum sive ordinariorum, sive extraordinariorum, ex quacumque causa, etiam favore Seminarii, vel Fabricae Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, ac pro manutatione Classis Trimerium Sedis Apostolicae impositorum, ac deinceps imponendorum, etiam perpetuo eximimus.

Monasterium

Sub Sedis Ap. protectione recipit.

Protektoribus, & Congregationis Orphanorum extra committit.

Quibus nonnullas alias tribuit facultates.

§.8. Monasteriumque, ac ejus Priorissam, Moniales, personas, & bona hujusmodi sub ejusdem Principis Apostolorum, nostraque, & dictae Sedis protectione recipimus, illudque, ac illas, & illa gubernio, regimini, administrationi, correctioni, visitationi, jurisdictioni, & superioritati predicti Protectoris, ac Congregationis ejusdem Archiconfraternitatis Orphanorum similiter perpetuo subiicimus.

§.9. Dictisque Protectori, & Congregationi, ut Monasterii hujusmodi curam, & regimen, in spiritualibus, & temporalibus suscipiant praecipimus, ac illis facultatem eligen. confessorios a nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis in Urbe praedicta Vicario in spiritualibus generali ad audiendas confessiones approbatos, necnon Cappellanos pro Monasterio, ut praefertur, erecto, ejusque Priorissa, & Monialibus, ac earum Ecclesia impertimur.

§.10. Necnon Protectori praedicto, ut e dicto Sanctorum Quatuor Coronatorum Monasterio duas, vel tres Moniales expresse professas moribus, & etate idoneas, & ad id consentientes de sua Priorisse consensu educere, illasque pro instruendis Monialibus in Monasterium per presentes erectum introducendis in disciplina, observantia, & ritibus regularibus transferre, concomitantibus eas aliquot honestis matronis per eundem Protectorem eligendis recto tramite, rheda clausa, seu oris Monialium hujusmodi parte velata, necnon, ut Fundatoriibus, Gubernatoribus, Officialibus, & Ministris, aliisque personis quibuscumque, quoties opus fuerit, in casibus necessariis, & a dicto Concilio Tridentino permissis dumtaxat licentiam ingrediendi dictum Monasterium concedere, illudque toties, quoties opus erit, tam in capite, quam in membris, visitare, & quae in illo reformatione indigere repererit Sacrorum Canonum, & Constitutionum Apostolicarum dispositionibus, & praesertim dicti Concilii decretis, ac Ordinis praedicti regularibus institutis inherendo reformare, & quicquid desuper statuent observari facere. Demum eidem Protectori, seu ab eo deputato, ut quascumque causas contra Monasterium praedictum, illiusque Priorissam, Moniales, Officialibus, Ministros, & personas pro tempore motas eisdem modo, & forma, quibus causas motas contra dictum Sanctorum Quatuor Coronatorum Monasterium, illiusque Priorissam, Moniales, Ministros, & personas cognoscere potest, cognoscere, & sine debito terminare possit, & valeat facultatem, auctoritate, & tenore praedictis impertimur.

Clausulas addit

§.11. Decernentes praesentes literas, & in eis contenta quacumque nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostrae, aut alio quocumque quantumvis substantiali, & individua expressione digno defectu notari, impugnari, impediri, rescindi. Bull. Rom. Tom. VI. Par. II.

di, in jus, vel controversiam revocari, aut adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratie remedium impetrari, seu etiam, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus concessio quempiam in iudicio, vel extra se tueri, vel juvare posse, sed illas, & illa semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere; Sicque ab omnibus, & singulis censeri, & ita per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolice Auditorum, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos sublata eis, & eorum, cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, ac definiri debere, ac irritum, & inane, quicquid fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantibus derogat.

§.12. Non obstantibus Apostolicis, ac in Conciliis universalibus provincialibusque, & synodalibus editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac praedicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis, eidem Ordini, illiusque superioribus, & personis, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum ten. praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die 21 Januarii 1643. Pontificatus nostri Anno XX.

DCCXXXVIII.

Prohibitio extrahendi libros ex Bibliothecis Domorum Regularium totius Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum.

URBANUS PAPA OCTAVUS

Ad futuram rei memoriam.

§.1. Conservationi, & manutentioni librorum Bibliothecarum domorum Motiva.

Z z 2